

Wernerus de Hallis et quam plures alii fide digni. Datum et actum anno domini M°.CCC°.XLIII°. in sabbato ante dominicam Laetare.

Nach dem Orig. im Rathsaarchiv zu Leipzig mit den Siegeln des Probsts und des Convents an Pergamentstreifen.

No. 106. 1343. 28. Nov.

*Probst Johannes und der Convent versprechen der Verfügung des bei ihnen beerdigten Ghebehard vom Hain gemäss die von diesem gestifteten Jahrgedächtnisse zu begeben.*

In nomine domini amen. Nos Johannes dei gratia praepositus, Henricus prior totusque conventus canonicorum regularium monasterii sancti Thomae apostoli in Lypzk coram universis quorum interest aut interesse poterit recognoscimus publice per praesentes, nos ex legatione spontanea Ghebehardi quondam dicti de Indagine piae recordationis apud nos sepulti novem sexagenas grossorum ad comparandam ecclesiae nostrae marcam annuae pensionis pro animae ipsius suorumque parentum remedio nomine elemosinae sustulisse, ad quam videlicet marcam dictae pensionis comparandam nos praesentibus obligamus, volentes etiam ob piae devotionis affectum, quem idem Ghebehardus ac eius parentes ad nostrum habuerunt et habent monasterium, in aliqualem beneficiorum suorum recompensam saepedicti Ghebehardi, Henrici patris, matris<sup>1)</sup> et Ottonis fratris quondam ipsius anniversarios iugiter peragere ac fideliter observare, ita quod in cuiuslibet dictarum quatuor personarum anniversario pro speciali consolatione dominis de marca huiusmodi ministrabitur unus ferto. In quorum evidens testimonium sigilla nostra praesentibus sunt appensa. Datum anno domini M°.CCC°.XLIII°. feria sexta proxima ante Andreae apostoli gloriosi.

Nach dem Orig. im Rathsaarchiv zu Leipzig. Die beiden an Pergamentstreifen befestigt gewesenen Siegel sind abhanden gekommen.

1) Vor *matris* im Orig. ein Raum zu Nachtragung des Namens freigelassen.

No. 107. 1344. 20. Dec.

*Prior Heinrich und der Convent einigen sich mit Probst Johannes und dessen Mutter Kunegundis, Wittve Heinrichs genannt von Zucklosen in Betreff einer Schuldforderung derselben an das Kloster.*

In nomine domini amen. Ne actibus hominum rationabilibus ut plerumque assolet in posterum occurrat calumpnia, consentaneum censetur ut confirmentur testibus et scriptura. Igitur nos Henricus prior, Conradus plebanus apud sanctum Thomam, Martinus apud sanctum Nycolaum, Theodericus dictus de Pesna, Th. dictus cellerarius, Johannes dictus de Torchow, Henricus dictus Storm, Theod. de Gatersleuen, Petrus dictus de Tuch totusque conventus canonicorum regularium monasterii sancti Thomae apostoli in Lypzk coram universis ad quorum notitiam praesentia